

neralis, genium, ac maiorem, vel minorem zelum, quod etiam ex officio inquirere solet super concussionibus vassalorum, qui recurrere vel reclamare non audeant; Ideoque ob hanc vigilantiam,

14 pluries Rota respondere consuevit, quod in Statu ecclesiastico, non intrat illa usurpationis, vel concussionis presumptio, quae in aliquorum principatum Baronibus cadere solet, ut alibi in suis sedibus aduertitur. E

Dicitur istud Tribunal merè saeculare, quod gerit vices Principis temporalis, ideoque se non ingerit in causis, & personis ecclesiasticis; Bene verum,

15 quod ubi in aliqua causa graui laicorum, vnius, vel plurium clericorum, vel aliarum ecclesiasticarum personarum, adsit mixtura, vnde propterea; Vel ratione connexionis, iuxta regulas iuris, tota causa remitti debeat digniori foro ecclesiastico; Vel quod quolibet cognoscente suum subditum, ob causae diuinitatem, adhuc tamen vnus processus possit alteri prauidicare; Hinc per organum Secretarij vel Cardinalis supraindendentis generalis, fieri solet verbum cum Sanctissimo, atque ab eo obtineri potestas committendi Gubernatori cognitionem causae, etiam cum personis ecclesiasticis; Potissimè quia licet huiusmodi Gubernatores, & Praesides, spectato munere sint Magistratus saeculares; Attamen attendita qualitate personae sunt clerici, & Praelati, quibus propterea ista commissio non omnino, incongruit. F

Huius Congregationis facultates se protendunt ad vniuersum Statum Ecclesiasticum immediatum, inclusa etiam

16 Ciuitate Bencuentana; Excepta Vrbe, in cuius causis se non ingerit, dum habet suum Gubernatorem, qui occurrentia negotia communicat cum Papa; Eo modo quo de alijs Congregationibus ecclesiasticis insinuatam est supra, agendo de Cardinali Vicario; Ac etiam se non ingerit in illis prouincijs, vel ciuitatibus quae habeant Cardinales Legatos; In legationibus scilicet; Auenionensi; Bononiensi; Ferrariensi; Vrbinate; Et Aemiliae, seu Romandiolae.

Huius autem Congregationis Praesidentis est Cardinalis superintendens generalis, de quo supra est actum & ipseque

17 subscribit literas, & ordines, qui dantur Gubernatoribus, & Praesidibus, alijsque officialibus.

Omnia, pariter in ista Congregatione, gratis omnino explicantur, adeo ut magni, penèque incredibiles sint labores, quos isti Praelati in dictorum processuum studio, & relatione, alijsque negotijs peragendis supportant, absque aliquo stipendio, vel emolumento, quod neque indirectè per viam munerum obtineatur, sed pro frequentiori Regula candidissimè. H

G. supra disc. 6.

H. insinuat in infra disc. 31.



De Congregatione Boni Regiminis.

S V M M A R I V M

1 De bonis directionibus Sixti V. & Clem. VIII. in Statu Ecclesiastico.

2 De erectione huius Congregationis, & eius quibus constat.

3 Quod ista sit filia alterius Congregationis consultae.

4 De mala consuetudine nobilium, & literatorum viuendi super communitate.

5 Non possunt imponi gabella vel collecta sine licentia huius Congregationis.

6 De solemnitatibus de iure requisitis in alienatione bonorum Communitatis.

7 De quibus causis ista Congregatio cognoscat.

8 Est tribunal laicale inspecta eius originali

linatura, sed quod habeat, etiam iurisdictionem cum Ecclesiasticis, & quomodo.

9 De ratione ob quam ecclesiastici in Statu Ecclesiae subiacent oneribus laicalibus.

10 Cum quibus communitatibus, vel locis se non ingerat.

11 De Agentibus communitatum.

12 De alia Congregatione Leuaminum.

13 De commentarijs super negotijs ad communitates pertinentibus.

DISC. XXVI.

1 **R**o bono regimine economico Communitatum, quarum regimen ciuile politicum, commissum est Congregationi Consultae, vt disc. praecedenti, Clemens VIII., Sixti V. penè immediatus successor (ob nimium breues tres Pontifices intermedios) eius vestigijs in plerisque inhærendo, atque bonas arbores politicas ab eo plantatas, accuratè irrigando, & colendo; Vnde propterea solidas fecerunt radices, multosque produxerunt bonos fructus pro publica quiete, rectaque iustitiae administratione, eiusdemque iustitiae debito timore, qui reuera magis, quam benignitas pro hodiernis moribus, & fortè semper, est melior Reipublicae gubernator, ac regulator; Istam instituit Congregationem, quae iuxta praesentem statum, adinstar

2 dictae alterius Congregationis Consultae, constituitur ex competenti Cardinalium numero vario, cum Secretario Praelato, qui Communitatum maior director ac regulator videtur, ut potè huic curae penè totus addictus, cum aliquibus competentibus emolumentis, pro suae sustentationis subsidio; Ac etiam ex pluribus vtriusque Signaturae Praelatis, qui causas, vel negotia Communitatum, vel regionum inter eos distributarum proponunt in Congregatione, quae pariter sub praefectura, seu praesidentia est Cardinalis superintendentis generalis, qui subscribit literas, & decreta, aliasque prouisiones ab isto Secretario scriptas, eodem modo quo de Consulta dictum.

3 est, adeo ut ista dici valeat illius filia seu adiutrix, ex eo quod, cum illa, omnia communitatum negotia à Sixto V. in eius erectione sibi commissa, explicare non possit, idcirco sibi retentis ijs, quae publicam quietem, ac regimen politicum, seu ethicum concernunt, huic alteri Congregationi, economicum dimiserit.

4 Huius itaque Congregationis partes sunt, recognoscendi, singularum communitatum statum, eisque praescribendi modum, seu formam aeconomicae administrationis, vt publica onera oportune supportentur, atque non fiant sumptus inutiles, minusque priuati potentes suffocent impotentes, istos, iuxta frequentem usum ferè totius Orbis, grauando ad priuatam utilitatem, cum collectis; Dñ contributionibus ultra indigentiam, dñ penè generalis consuetudo videtur virorum nobilium, & literatorum, se nutriendi cum pauperum ac miserabilium sanguine, occasione administrationis Communitatis.

5 Quare non solum Magistratui ordinario, penes quem residet actualis administratio, sed etiam Magistratui magis generali representanti vniuersum populum, cui Consilij generalis vocabulum tribui solet, cum administratione habituali, prohibitum est, gabellas, & collectas, seu contributiones indicere, absque huius Congregationis participatione, ac licentia, quae non nisi causa bene cognita, prauique diligenti recognitione status Communitatis, concedi solet, certam formam praescribendo.

6 Prout etiam, alienationes bonorum stabiliū, vel æquipollentium, siue censuum impositiones vel æris alieni contractatio, aliqñ contractus, ex quibus perpetuum, ac notabile resultat prauidicium, fieri non possunt, absque eiusdem Congregationis licentia, quae non nisi causa cognita, concedi solet, ita in nouando iuris communis dispositionem, circa Principis placitum, quod recensetur inter plures alias solemnitates, quae in alienationibus bonorum Ciuitatis requiruntur, illud praestando per organum huius Congregationis. A

7 Occasione autem solutionis collectarum, & contributionum, aliorumque

est, adeo ut ista dici valeat illius filia seu adiutrix, ex eo quod, cum illa, omnia communitatum negotia à Sixto V. in eius erectione sibi commissa, explicare non possit, idcirco sibi retentis ijs, quae publicam quietem, ac regimen politicum, seu ethicum concernunt, huic alteri Congregationi, economicum dimiserit.

Huius itaque Congregationis partes sunt, recognoscendi, singularum communitatum statum, eisque praescribendi modum, seu formam aeconomicae administrationis, vt publica onera oportune supportentur, atque non fiant sumptus inutiles, minusque priuati potentes suffocent impotentes, istos, iuxta frequentem usum ferè totius Orbis, grauando ad priuatam utilitatem, cum collectis; Dñ contributionibus ultra indigentiam, dñ penè generalis consuetudo videtur virorum nobilium, & literatorum, se nutriendi cum pauperum ac miserabilium sanguine, occasione administrationis Communitatis.

Quare non solum Magistratui ordinario, penes quem residet actualis administratio, sed etiam Magistratui magis generali representanti vniuersum populum, cui Consilij generalis vocabulum tribui solet, cum administratione habituali, prohibitum est, gabellas, & collectas, seu contributiones indicere, absque huius Congregationis participatione, ac licentia, quae non nisi causa bene cognita, prauique diligenti recognitione status Communitatis, concedi solet, certam formam praescribendo.

Prout etiam, alienationes bonorum stabiliū, vel æquipollentium, siue censuum impositiones vel æris alieni contractatio, aliqñ contractus, ex quibus perpetuum, ac notabile resultat prauidicium, fieri non possunt, absque eiusdem Congregationis licentia, quae non nisi causa cognita, concedi solet, ita in nouando iuris communis dispositionem, circa Principis placitum, quod recensetur inter plures alias solemnitates, quae in alienationibus bonorum Ciuitatis requiruntur, illud praestando per organum huius Congregationis. A

Occasione autem solutionis collectarum, & contributionum, aliorumque

P. 2. Relat. Q one.

A. tit. de alien. & contract. prohib. disc. 23.

B. tit. de feud. disc. 65. & alibi pluries.

F. tit. benef. disc. 72. & alibi.

onerum, stante istorum distinctione, seu diuersa qualitate, inter ea scilicet magis publica, quæ cum Principe supportantur, ideoque cameralia dicuntur, et alia, quæ magis de priuato participant, et quæ dicuntur communitatiua, pro illius populi particularibus vñibus communitatiuis, ob notabilem eorum differentiam, quod scilicet quamplures ciues, & incolæ, vel exteri, bona possidentes, præsertim verò ecclesiastici, ab vna onerum specie sunt exempti, non autem ab altera; Hinc frequentes resultant quæstiones & controuersie disputari solitæ in ista Congregatione, cum consueto tamen aliarum Congregationum pluries enunciato stylo summario, & extraiudiciali, adeo vt formalis, & contentiosi Tribunalis speciem ita redeat. B

Eademque occasio produxit, quod quamuis, ad instar dictæ alterius Congregationis Consultæ, ista percutiat regimen temporale, vnde propterea, spectata eius origine, ac natura, secularis potius, quam ecclesiastici Tribunalis vel magistratus speciem redeat; Atramen, cum in hoc principatu (cuius supremus regulator vtrumque gladium in manibus habet) ecclesiastici pluribus subiaceant laicalibus oneribus, à quibus in alijs principatibus, & ditionibus exempti sunt, ex illis congruis rationibus peculiaribus, quæ in Regalium sede insinuatur, occasione agendi de gabellis alijsque vectigalibus C, Hinc proinde Pontifex, aliquas facultates cum ecclesiasticis circa huiusmodi collectas, & contributiones ei communicare cepit, adeo vt paulatim, ac insensibiliter, ita quoddam Tribunal mixtum, in hoc genere causarum, effectum videatur.

Eodem tamen modo, quo de dicta alia Congregatione Consultæ dictum est, non se ingerit in communitate Urbis, quæ sub nomine Cameræ populi Romani explicatur, dum eius Administratores, qui Conservatores dicuntur, alijsque officiales, quando opus est, immediatum habent Papæ oraculum; Minusque se

ingerit in Ciuitatibus vel prouincijs, quæ per Cardinales Legatos reguntur, vt pariter de dicta alia Congregatione insinuatur; Quinimò per aliquos Barones, & domicellos prætenditur, quod in eorum locis, & castris, ista Clementina Constitutio vsu recepta non sit, ideoque Communitates, ipsorum Baronum, non autem huius Congregationis regimini ac directioni subiaceant; Verum id certam non recipit regulam, cum totum pendeat à locorum particulari, & indiuidua obseruantia.

Vt autem Communitatum negotia in Curia, tam apud istam Congregationem, quam apud alios Magistratus non negligantur, introductus fuit vsus certi numeri Agentium Communitatum, cum distributione prouinciarum, vt ita quilibet sciat quales sint sibi commissæ; Communitates, quæ è conuerso pariter sciant quis nam sit suorum negotiorum gestor, quem certiorare debeant, Certo statuto stipendio, ex earundem Communitatum, pro earum qualitate, proportionata contributione suppeditando; Optima quidem est, & commendabilis introductio; Sed quia nullum in hoc mundo datur bonum, quod alicui non subiaceat corruptioni; Idcirco quandoque praxis docet, quod istud munus, aliquibus minus idoneis, ad complacentiam collatum, potius vt prouideatur persona, quæ officium, ab eis retineatur in forma beneficij simplicis, vnde propterea singulæ Communitates coguntur, alios habere particulares Agentes, seu negotiorum gestores; Prò frequentiori autem contingentia solent esse valde idonei ac diligentes, vnde propterea referrì solet fato habere magis vel minus idoneum, quod in omnibus mundi rebus contingit.

Pro earundem Communitatum, (saltem pro maiori parte), nimis oppressarum, pro consueto effectu temporum, quæ passa sunt tot calamitates vtriusque belli diuini & humani, vt nostra ætate vniuersa Italia, immò vniuersa Europa experta est (et vtinam magis in-

fu.

B. tit. de Regal. disc. 48., 57. & 92. & tit. de Regular. disc. 26. & in supplemento ad tit. de Regal.

C. tit. de Regal. disc. 55. & 56. & 57.

futurum non experiatur); Clemens IX. cum magna applicatione, particularem Cardinalium, & Prælatorum, aliorumque peritorum virorum, Congregationem instituit, quæ Leuaminum, appellata est; Verum, siue ob pontificatus breuitatem; Siue quia naturaliter est impossibile validum ac robustum reddere illud corpus quod iam exangue, & emaciatum, sit cum eisdem antiquis viribus proprijs, absque noua illarum refectione, quinimò cum nouis euacuationibus, vel emissionibus; Idcirco nullus huc vsque effectus visus est, cum impossibile sit curare morbum contractum, nisi cesset causa productiua eiusdem; Idque pendet à Dei misericordia, restituendo scilicet pacem & tranquillitatem, à qua pendet Communitatum restauratio.

Super huius autem Clementinæ Constitutionis, ac huius Congregationis praxi, commentaria ad id proficua, aliasque 13 instructiones ædidi quidam modernus Vrbeuetanus, qui dictum munus vnus ex Agentibus generalibus Communitatum aliquo notabili tempore exercuit. D

D. Cobell. ad Bull. boni regimin.



De Congregationibus Aquarum, fontium, & viarum; Et de plerisque alijs, quæ regimen temporale Status Ecclesiastici concernunt, nempe Confinium, & Annonæ &c. & similibus.

S V M M A R I V M.

1 De pluribus Congregationibus, quarum aliqua non sunt in vsu.

- 2 De illis Annonæ, & gratiæ.
- 3 De impressione camerali.
- 4 De Congregatione viarum, & pontium.
- 5 De Congregatione aquarum, earumque materia.
- 6 De quibus non referat inspiciere in ista relatione, & de illius fine.
- 7 De Congregatione confinium.
- 8 De altera reformationis Tribunalium.

D I S C. XXVII.



Vamplures alias Congregationes, pro regimine principatus temporalis, in eadem Constitutione, A. Sixtu Verexit, quarum aliqua non sunt in vsu, & aliqua si sunt, attamen adeo raro fiunt, vt penè pro non extantibus videantur; Nèpe classis maritimæ, seu triremium, dum istarum curam habent in Curia Thesaurarius generalis, & quidam alij ministri Camerales; Prout pariter non extat Congregatio studiorum vel sapientiæ, cuius administrationem, & curam habet Collegium Aduocatorum consistorialium, de quo agitur infra, agendo de Aduocatis, & Procuratoribus alijsque Curialibus; Congregatio verò Annonæ, quamuis extet, adhuc tamen quodammodo, pro non extanti, in Curia haberi videtur, præsertim quoad forensia, dum ea est sub regimine Præfecti, vt infra in eius particulari rubrica aduertitur B, vbi insinuatur forensis quæstiones, quæ coram eo 2 super annonaria materia contingere solent; Idemque respectu gratiæ Urbis, quæ regitur etiam per Præsidentem, de quo pariter habetur in dicta rubrica C; Vnde propterea non nisi penuriæ temporibus audiri solet huius Congregationis nomen vel conuocatio pro economicis potius, quam pro forensibus.

Prout etiam in vsu non est Congregatio typi seu impressionis cameralis, dum ad vnum ex appaltibus cameralibus, ea redacta est, pro lucro quod resultat à iure priuatiuo imprimendi Constitutiones Apostolicas ac bannimenta, aliasque publicas prouisiones, necnon Rotæ decisiones, P. 2. Relatio Q. 2 fiones,

A. eius const. 74.

B. infra in eo discursu in quo agitur de varijs Præsidentibus.

C. ibidem.